# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

## Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


# Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod. Aug. perg. 14

**[S.l.], [9. Jh.]**

Sanctus Iohannis: sermo in septuagesima

urn:nbn:de:bsz:31-20216

Visual Library

INCIPIUNT [illegible] QUOMODO PRIMUS HOMO TOTIUS OMNI PRELATUS EST CREATURAE

Dignitas humanae originis
facile agnoscitur. considerata
sublimitate auctoris. nec enim faci
le poterat esse uel leue. quod manus
sacra confixit. & caelestis flatus in
uitalem substantiam animauit. maxi
me cum idem artifex ei potestate sua
in omnem fabricam eidem homini fue
rat traditurus. ut quem secundum prae
sidem post se facere disponebat
tandem faceret plenum atque per
fectum. habentem in se & dignitatem
qua praecelleret. & potestatem qua
cunctis animantibus imperaret.
soli seruiens illi. a quo ei cuncta fuerant
subiugata. ut imperaret mundo.
seruiret deo. creatorem (preter) susciperet. crea
turam sibi parere compelleret.
tantumque ditionis sese domino debere pro
spiceret. quantum ipse a creatura ex
igeret. habens in propria potestate &
oboedientiam & contemptum. oboedi
entiam qua uiueret. contemptum quo
digne promeritus interiret. unde effec
tum est. ut contempnendo mortem inci
deret. qui oboediendo uiuere potuisset.
Unde potestatem concessam dum in
contemptum protulit. & uitae priui

legium perdidit. & mortis sibi senten
tiam adquisiuit. & tamen creatura
adhuc eius seruat imperium.
licet ipse creatori suum denega
rit obsequium. unde apparet quid
suae felicitati detraxerit. cum pecca
torum merita. eius statum adhuc
mutare non possint. grauatus homo
in isto grauatis. & inexcusabili poena
astringeris. contempnis creatorem.
& eius imperas creaturae. despicis dominum.
& de eius exigis creatura seruitium.
beneficiis eius perfrueris. & eius poten
tiam non & timeres. & cum tibi per
cuncta deseruiant. solus illi ipse non ser
uis. bis delinquis. & geminum ac du
plex crimen incurris. dum nec per con
ditione ut seruus obsequeris. nec per
potestate data domino famularis. tibi
caelum in die lucis splendore uestitur.
& solis fulgoribus decoratur. in noc
te. clarissimo lunae speculo. & astrorum
fulgore uario polus ipse lustratur. ut diei
noctisque uicissitudine. & numero
sitas temporum dinoscatur. & post
diurnum laborem. requies misenr
mortalibus praebeatur. tempora
alternis uicibus inmutantur.
Frondes cunt siluae. amoenantur
campi. prata uirescunt. animantia cunc
ta diuersitatibus per aetatem edunt fetus. pares

Iste liber est sancte marie uirginis maioris augie [illegible] fratribus sancti augustini [illegible] & [illegible] liber missalis & plenarium [illegible] & origenes super [illegible] & [illegible] super [illegible] Jeronimus super matheum & graduale usuale.

KARLSRUHE

imperio obsequia seruant; restent fon
tes amnes fluunt institutis terminis ma
ria coercent; gaudent post hiemem
uernate periter aestatis flagrantia
decoquit messes autumni terra temulenta
suis exhibet ubertates hieme maritantur
imbribus terrae suis institutis cuncta
deseruiunt solus homo domino non seruit.
¶ quid si tibi uniuersa natura constan
ter ediceret ego tibi a domino rerum parere
preceptarum ego circa te iussa imple
re instituta seruare nascentia cunc
ta tribuere genitoris imperio iussarum
denique pareo obtempero peracti de
seruio contemptori ¶ caeterum simihi
instituta mutare iussa peruertere
necessaria denegare rerum dominus prae
cepisset creatura cuncta uiduata
homine remaneret; Nec qui con
tempneret ulterius esset quia con
temptor homo digne ac merito
interiret ¶ denique quisque talis est
qui in hoc contemptu consistit qui
creaturae imperet et creatori
non seruit qui dominatum exercet
et dominum non agnoscit time dominum pa
tientem ne reuerum sentias iudicem;
Corrigat te dilatio differentis nec cen
sura puniat uindicantis ¶ facile
enim obsequio tuo feceris dominum propitium
si conuersus iam mutaueris uitium;

Usuratum enim redditur quic
quid dilatione temporis feneratur;
necesse iam poterit inpunitum.
Cui mora temporis non potuit dare
remedium; quid retribuam domino si
humana conditio genitori quid de
beat noscat atque ut eius benefici
orum innumeram multitudinem
momentis omnibus retractando
intellegat; inueniet suae seruitutis
obsequia continuis laudibus
iugi gratulatione equare non posse;
neque enim beneficia ab eo praestita
atque conlata uel modum poterunt
habere uel numerum certe nec ter
minum; quippe cum nec sensus ad in
uestigandum sufficiat nec scientia
suppetat ad laudandum;
Inmensitas enim beneficiorum
superat cogitationes sensuum et
innumera multitudo donorum uin
cit uolubilitatem uerborum;
nec si totum uitae tempus oris ob
sequia occupent laudes teneant
gratiarum actiones insistant pote
rit pensare quod debet; quare danda
nobis est opera ut totis uiribus
deuotio mentis in diuina obsequia
exseratur et laudum glorias
os nostrum per omne tempus
frequentare cogatur; non quo

Iniſtis debita conpenſentur · ſed ut
nr̄ae deuotionis uoluntas, his conatibus
dinoſcat · ut quicquid fragilitas deſpabit
ad cōplendum · hoc deuotio conferat
ad promerendum ; ut iam quia uis, non
quia perficis & expugnaris · nec quia de
bita conpenſas · ſed quia parere
deſideras ; uelle enim ipſū expun
gitur · quia per inmenſitatem re
rum · idipſum quod cupimus exple
care non datur ; quid retribuam
in quid dn̄o de omnibus quae mihi
retribuit ; quaerit propheta ſciſ
ſimus · quibus meritis beneficia
diuina conpenſet · quo famulatus
genere · munera percepta coaequet ·
quibus obſequiis · tantis poſſit
muneribus reſpondere · quo
ſeruitutis genere · innumera debeat
donec · & infinita bene ficio
rum genere comparare ; ſit licet
excellens hominum meritum · ſit na
turae iure conſeruans · ſit legum
iuſſis obtemperans · impleat
fidem · iuſtitiam teneat · uirtutes
exerceat · damnet uitia · peccata
repellat · exemplum ſemet imi
tantibus praebeat · ſi quid geſſerit ·
paratū eſt · quicquid fecerit
minus ; omne enim meritum ·
breue eſt comparatione donorum ;
numera beneficia ſi poteris · &
tunc conſidera quod mereris ;
cum beneficiis caeleſtibus · tua facta
perpende · cum diuinis muneribus ·
actus proprios meditare · nec dig
num · te iudicabis eo quod fueris ·
ſi intellegas quod mereris ; Igitur de bene
ficiis innumeris diuina interpietate ·
conlatis · elige quod libuerit unū huic
tuum conpenſari · totum non poterit
meritum ; ceterum obtunditur ſen
ſus · confunditur animus · ſpiritus
perturbetur · ab homine dinoſcatur ·
nec humana poterunt penſari ob
ſequia · ſi diuina conparet benefi
cia ; & tamen de illo loquitur qui
ſemet peccare non patitur · qui iudi
cium ſuae mentis excommans · contendit
ut placeat · ut promereatur inſtar ut
ſeruiat elaborat ; ceterum quem
aut peccare delectet · aut propriae
mentis ſegnitia · aut inconſideratis
actus · aut uanitas uitae ſic mancipat
uitiis · ut ſit materia delictorum ·
miniſter culparū · ſeminarium pec
catorum · ita ut in ſe duplex ſcelus
& geminum crimen admittat ·
& quod debita dn̄o ſeruitutis non
reddet obſequia · & quod innumera
beneficia peccando eius penſare nititur

contumeliae; quare nitatur iustus merita
propriis beneficiis celestibus coequare.
nitatur & peccator uitia que exerce
bat horrere; ille augmentis sequitur
increscat. hic peccata damnando ius
titiam quam non amabat exerceat;
iustus meliorata uita proficiat; pecca
tor corrigat & uiuat; ille bonis tribu
at salutare exemplum. hic malis os
tendat correctionis remedium; ille
premia meriti sancti expectet. hic suppli
cia semet corrigendo declinet; sic
fit ut & iustus gloriam bene uiuendo
adquirat. & peccator correctus in
dulgentiam diuina pietate percipiat.

## Lectio sancti euangelii secundum matheum.

IN illo tempore: Dixit ihs discipulis suis. Si
mile est regnum caelorum homini patri
familias. qui exiit primo mane con
ducere operarios in uineam suam
& reliqua.

## Item omelia beati gregorii pape de eadem lectione.

IN explanatione sua multa adloquen
dum sancti euangelii lectio postulat quam
uolo si possum sub breuitate perstringere.
ne uos & extensa processio & explana
expositio uideatur onerare; Regnum
celorum patri familias simile dicitur.
qui ad excolendam uineam suam opera
rios conducit; quis uero patris fami
lias similitudinem rectius tenet.

quam conditor noster. qui regit quos condidit.
& electos suos sic in hoc mundo possidet.
quasi subiectos dominus in domo; qui ha
bet uineam. uniuersalem scilicet ecclesiam.
que ab abel iusto usque ad ultimum electum
qui in fine mundi nasciturus est. quot
sanctos protulit. quasi tot palmites misit; hic
itaque pater familias ad excolendam uineam
suam. mane. hora tertia. sexta. nona.
& undecima operarios conducit.
quia a mundi huius initio usque in finem
ad erudiendam plebem fidelium pre
dicatores mittere non desistit;
mane etenim mundi fuit ab adam
usque ad noe; hora uero tertia a noe usque
ad abraham; sexta quoque ab abraham usque
ad moysen; nona autem a moyse usque ad
aduentum domini; undecima uero ab aduen
tu domini usque ad finem mundi; in qua
predicatores sancti apostoli missi. qui merce
dem plenam & tarde uenientes acce
perunt; ad erudiendam ergo dominus
plebem suam. quasi ad excolendam uine
am suam. nullo tempore destitit ope
rarios mittere. quia & prius per patres.
& postmodum per legis doctores & prophetas.
ad extremum uero per apostolos dum plebis sue mo
res excoluit. quasi per operarios in uinee cul
tura laborauit; quamuis in quolibet modulo
uel mensura quisquis cum fide recta bone actio
nis extitit. huius uineae operarius fuit; opera